THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh. Seite 35r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

ait intra se. Vt uideo in uacuum
laborauimus, quia cum in tali honore
iste sit positus, nequaquam talis potest
esse quemadmodum uidi. Nos enim
qui portauimus pondus diei et es
tus nil tale consecuti sumus, et
hic cum in tali honore et consti-
patione positus sit columpna
ignis est. Mirante illo Basi
lius igitur ipsum quem uides fecit
eum ad se introduci. Introduc
tus ergo uidit linguam igneam per os
eius loquentem et ait: Vere
magnus Basilius, uere columpna
ignis Basilius, uere spiritus sanctus
loquitur per os eius. Dixitque illi Ef
frem: Obsecro domine ut michi im
petres quod grece loquar. Cui
Basilius: Rem difficilem
postulasti. Pro eo tamen orauit
et continuo grece loqui cepit.

De quodam alio et cauda
catte. lxxxvii

Quidam
heremita alius uidens
Basilium alias pontificali
habitu procedentem eum despexit,
iudicans in corde suo quod in
tali pompa plurimum delectare
tur. Et ecce facta uox ad eum
dicens: Tu amplius delectaris
in palpando caudam catte tue quam
delectetur Basilius in apparatu
suo.

De magnanimitate
Basilii in corripiendo. lxxxviii.

Valens imperator fau
tor arrianorum ecclesiam
quandam catholicis abstulit et
arrianis dedit, ad quem Basilius
ait: Imperator, scriptum est: Honor
regis iudicium diligit, et item:
Iudicium regis iusticia, et tu-
tor tuum imperauit ut catholi
ci de ecclesia deicerentur et arria
nis daretur. Cui imperator ait:
Iterum ad contumelias reuertis
o Basili. Non decet te. Et
ille: Decet enim me pro iusti
cia mori. Tunc Demostenes
prefectus epularum imperatoris fau
tor arrianorum loquens pro eis
fecit barbarismum. Cui ait
Basilius: Tuum est de pulmen
tariis regis cogitare, non
dogmata diuina decoquere.
Qui mox confusus tacuit. Dicit
imperator Basilio: Vade et
iudica inter eos. Abiens ergo
dixit coram catholicis et arri
anis ut fores ecclesie clauderen
tur et utrisque partis sigillo mu
nirentur, et ad quorum orationes
aperirentur sua esset. Quod cum
omnibus placuisset, orantibus
arrianis tribus diebus et noc
tibus et uenientes ad portas
ecclesie non sunt aperte. Tunc Ba
silius processione ordinata
uenit ad ecclesiam et facta oratione